Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8377
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

vini transsubstanciaretur in sang-
uinem Secundo non generaretur
natura tercia ex duobus quia
nec esset vinum nec aqua sed
non statim Operaciones enim
nature non sunt in instanti quia
nis eorum terminus in instanti sit
et ideo tam cito posset sacer-
dos conficere post talem vini ap-
posicionem quod illud quod fuit ibi
vinum tamen adhuc non esset trans-
mutatum ad composicionem na-
ture tercie conficeret in sang-
uinem Si tamen antequam proferret
verba consecracionis ex illis
duobus esset natura tercia con-
stituta ex illa non posset con-
fici sanguis christi quia species expo-
nencium ex quibus per essenciam
constituitur vinum in compo-
sito non remanet secundum essen-
tias nisi forte diminute vel
secundum quid quod dico propter opi-
nionem illorum qui dicunt ea-
rumdem incompletas hec
Richardus.

De forma consecracionis eucharistie. Titulus Nonus

Postea considerandum de forma sa-
cramenti eucha-
ristie Et primo de
quibusdam que con-
pertinent ad formam consecracio-
nis panis et vini Secundo
in speciali de forma vini Ter-
cio de virtute forme Circa pri-
mum sciendum quod forma consecra-
cionis huius sacramenti est illa
que habetur in Canone misse
scilicet Hoc est corpus meum Et hic
est sanguis meus etc. vide extra
de cele. miss. cum marthe scilicet ex
eodem capitulo dicitur quod for-
ma verborum sicut in Canone re-
peritur a christo apostoli et ab illis
eorum receperunt successores
Circa predictam autem formam
plura possunt queri scilicet utrum
christus primo confecit quam ver-
ba protulit Responsio verior et
communior posicio est quod in illis ver-
bis non semel dominus christus con-
secravit et formam consecrandi
dedit licet enim potuit conficere
sine verbo potuit debuit tamen
conficere verbo verbum dicen-
do ut apostolis consecrandi tra-
deret formam Sed contra quod dicitur
mathei 26 Cenantibus au-
tem illis accepit ihesus panem be-
nedixit fregit deditque discipu-
lis dicens Accipite hoc
est corpus meum Ex hiis
verbis patet quod prius bene-
dixit et fregit quam verba
proferret sed benediccio ista
fuit consecracio ut videtur quia
prius consecravit quam verba
protulit Respondeo illa bene-
diccio non consecracio secundum bonum
sed quedam graciarum accio in quo
ostendit quod benediccio premit-
ti sacerdotibus debet ante alia
De fraccione vero distingue
quod fraccio potest esse vel ad
figurandum et sic presbiter frangit
post consecracionem confeccionis
vel ad distribuendum et sic christus
ante confeccionem fregit ut